

Ro. 13. b.

1c. 2. a.

Mar. 12. d.

E

1. Tim. 3. b.

1. Cor. 3. 1. p. e.

F

Mat. 12. e.

1. Jo. f.

1. Ut. 6.

G

Licet censu dari cesari aut non: Cog-
nita autem iesus nequitia eorum ait.
Quid me temptatis hypocrite? Res-
pondere mihi numisma census. At il-
li obrulerunt ei denarium. Et ait illis
iesus. Cuius est imago hec et supscri-
ptio? Dicunt ei: cesaris. Tunc ait il-
lis. Reddere ergo que sunt cesaris ce-
sari et que sunt dei deo. Et audientes
mirati sunt. et relicto eo abierunt. In
illo die accesserunt ad eum saducei.
qui dicunt non esse resurrectionem. et
interrogauerunt eum dicentes. Ma-
gister: moyses dixit: si quis mortuus
fuerit non habens filium: uxorem fra-
ter eius uxorem illius et suscitet semē
fratri suo. Erant autem apud nos se-
ptem fratres. et primus uxore ducta
defunctus est. et non habens semen re-
liquit uxorem suam fratri suo. Simi-
liter secundus et tertius usque ad septi-
mum. Nouissime autem omnium. et
mulier defuncta est. In resurrectione
ergo cuius erit de septem uxor? Om-
nes enim habuerunt eam. Respondens
autem iesus. ait illis. Erratis nescien-
tes scripturas: neque uirtutem dei.
In resurrectione enim neque nubent:
neque nubentur: sed erunt sicut angeli
dei in celo. De resurrectione autem mor-
tuorum non legistis quod dictum est
a deo dicente uobis. Ego sum deus abra-
he et deus isaac et deus iacob. Non
est deus mortuorum: sed uiuentium.
Et audientes turbę mirabatur i doctri-
na eius. Pharisei autem audientes
quod silentium imposuisset saduceis con-
uenerunt in unum: et interrogauit eum
unus ex eis legis doctor temptans eum.
Magister: quod est mandatum ma-
gnum in lege? Ait illi iesus. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde
tuo. et in tota anima tua. et in tota me-
te tua. Hoc est maximum et primum
mandatum. Secundum autem simi-

le est huius. Diliges proximum tuum
sicut teipsum. In his duobus man-
datis uniuersa lex pendet et prople-
te. Cogregatis autem phariseis. interroga-
uit eos iesus dicens. Quid uobis vi-
detur de chabasso. cuius filius est? Di-
cunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo
ergo dauid in spiritu uocat eum do-
minum dicens. dixit dominus domi-
no meo. sede a dextris meis: donec po-
nam inimicos tuos: scabellum pedum
tuorum? Si ergo dauid uocat eum do-
minum: quomodo filius eius est? Et nemo
poterat ei respondere uerbis: nec au-
sus fuit quisquam ex illa die eum ampli-
us interrogare.

CXXIII

Tunc iesus locutus est ad tur-
bas et ad discipulos suos di-
cens. Super cathedram moy-
si sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo
quecunque dixerint uobis. seruate et fa-
cite: secundum opera uero eorum nolite fa-
cere. Dicunt enim et non faciunt. Ali-
ligant autem onera grauiora et impora-
bilia. et imponunt in humeros homi-
num digito autem suo nolunt ea mo-
uere. Omnia uero opera sua faciunt
ut uideantur ab hominibus. Pilarant
enim phylacteria sua. et magnificant
fimbrias. Amanant autem primos re-
cubitus in centis. et primas cathedras
in synagogis. et salutationes in foro
uocari ab hominibus rabbi. Vos autem
nolite uocari rabbi. Unus est enim ma-
gister uester: omnes autem uos fratres
estis. Et patrem nolite uocare uobis
super terram: unus est enim pater ue-
stet qui in celis est. Nec uocemini ma-
gistri: quia magister uester unus est
christus. Qui maior est uestrum: erit
minister uester. Qui autem se exalta-
uerit humiliabitur. et qui se humilia-
uerit exaltabitur. Ue autem uobis scri-
be et pharisei hypocrite qui clauditis
regnum celorum ante homines. Vos

Leui. 19. Mar. 12. c. Ro. 13. c. sup. 7. c. Lu. 10. g. Ja. 2. b.

Mar. 12. f. Lu. 20. g. ps. 109.

Mar. 12. f. Lu. 20. g.

A

Lu. 11. f. Mar. 12. g.

Lu. 11. g.

sup. 6. c.

1. Cor. 12. g. Luce 14. b.

Ja. 3. a.

Luce. 14. c. Ja. 4. c. Lu. 11. g.